

AÑO 10.^o Sábado 24 de Diciembre de 1870. NÚM. 222.



BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO del OBISPADO DE MALLORCA.

PARTE OFICIAL.

Circular núm. 85.

*A los RR. Curas Párrocos, Ecónomos y Vicarios
in capite de esta Diócesi.*

OBISPADO DE MALLORCA.—Habiendo nuestro Santísimo Padre el Papa Pio IX mandado suspender la celebración del Concilio ecuménico del Vaticano, los Reverendos Sacerdotes de la Diócesi omitirán en la santa misa la oración de *Spiritu Sancto* Continuarán sin embargo las gracias del jubileo concedido en virtud de las Letras Apostólicas expedidas en 11 de Abril de 1869 é insertas en el número 190 de este *Boletín Eclesiástico*.

Dios guarde á V. muchos años. Palma 21 Diciembre de 1870.—MIGUEL OBISPO DE MALLORCA.—Sr.....

PIUS PP. IX.
VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM
(Conclusion.)

Iamvero cum res ita se haberent nostrique popu-

li tranquilla pace fruerentur, Rex Subalpinus eiusque Gubernium capta occasione ingentis inter duas potentissimas Europae nationes flagrantis belli, quarum cum altera pepigerant se inviolatum servaturos praesentem ecclesiasticae ditionis statum, nec a factiosis violari passuros, protinus reliquas dominacionis Nostrae terras Sedemque ipsam Nostram invadere et in suam potestatem redigere decreverunt. At quorsum haec hostilis invasio, quaenam causae praeferebantur? Notissima profecto cuique sunt ea quae in Epistola Regis die 8 proxime elapsi Septembris ad Nos data et per ipsius Oratorem ad Nos destinatum Nobis tradita disseruntur, in qua longo fallacie verborum et sententiarum ambitu, ostentatis amantis filii et catolici hominis nominibus causaque obtenta publici ordinis, Pontificatus ipsius et personae Nostrae servandae, illud poscebatur, ne temporalis nostrae potestatis eversionem velud hostile facinus vellemus accipere, atque ultro eadem potestate cederemus, futilibus confisi sponzionibus ab ipso oblatis, quibus vota, ut aiebat, populorum Italiae cum supremo spiritualis Romanii Pontificis auctoritatis iure et libertate conciliarentur. Nos equidem non potuimus non vehementer mirari, videntes qua ratione vis quae Nobis brevi inferenda erat obtegi et disimulari vellet, nec potuimus non dolere intimo animo vicem Regis eiusdem qui iniquis consiliis adactus nova in dies Ecclesiae vulnera infligit et hominum magis quam Dei respectu habito non cogitat esse in caelis Regem regum et Dominum dominantium, qui «non subtrahet personam cuiusquam, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, fortioribus autem fortior instat cruciatio,» (1). Quod autem attinet ad propositas Nobis postulationes cunctandum Nobis non esse censuimus, quin officii et conscientiae legibus parentes, Praedecessorum Nostrorum exempla sequeremur, ac praesertim fel. rec. Pii VII, cuius invicti animi sensa ab eo prolata in simili prorsus causa ac Nostra est, hic uti Nobis communia exprimere ac usurpare iuvat.

«Memineramus cum S. Ambrosio (2) Nabuth Sanc-
 »tum virum possesorem vineae suae interpellatum
 »petitione regia ut vineam suam daret, ubi rex suc-
 »cisis vitibus olus vile sereret, eumdem respondis-
 »se: absit ut ego patrum meorum tradam haeredi-
 »tatem. Multo hinc minus fas esse Nobis iudicavi-
 »mus tam antiquam ac sacram haereditatem (tem-
 »porale scilicet Sanctae huius Sedis Dominium non
 »sine evidenti Providentiae divinae consilio a Ro-
 »manis Pontificibus praedecessoribus Nostris tam
 »longa saeculorum serie possessum) tradere, aut vel
 »tacite assentiri ut quis Urbe principe Orbis Catho-
 »lici potiretur, ubi perturbata destructaque sanctis-
 »sima regiminis forma, quae a Iesu Christo Eccle-
 »siae Sanctae Suae relictta fuit, atque a Sacris ca-
 »nonibus, Spiritu Dei conditis ordinata, in eius lo-
 »cum sufficeret Codicem non modo sacris Canonii-
 »bus, sed Evangelicis etiam praeceptis contrarium
 »atque repugnantem, invehementque, ut assolet, no-
 »vum huiusmodi rerum ordinem qui ad consocian-
 »das confundendasque sectas superstitionesque om-
 »nes cum Ecclesia Catholica manifestissime tendit.

»Nabuth vites suas vel proprio cruento defendit (3).
 »Num poteramus Nos, quidquid tandem eventurum
 »esset Nobis, non iura possesionesque Sanctae Ro-
 »maniae Ecclesiae defendere, quibus servandis, quan-
 »tum in Nobis est, solemnis iurisiurandi Nos obs-
 »trinximus religione? vel non libertatem Aposto-
 »licae Sedis cum libertate atque utilitate Ecclesiae
 »universae adeo coniunctam vindicare?

«Ac quam magna revera sit temporalis huius
 »Principatus congruentia atque necessitas ad asse-
 »rendum Supremo Ecclesiae Capiti tutum ac libe-
 »rum exercitium spiritualis illius, quae divinitus
 »Illi toto orbe tradita est, potestatis, ea ipsa, quae
 »nunc eveniunt (etiamsi alia deessent argumenta)
 »nimis iam multa demostrant» (4).

His igitur inhaerentes sensibus quos in pluribus Allocutionibus Nostris constanter professi sumus, responsione Nostra ad Regem data, iniustas eius postulationes reprobavimus, ita tamen ut acerbum

dolorem Nostrum paternaee charitati coniunctum ostenderemus, quae vel ipsos filios rebellem Absalon imitantes nescit à sua sollicitudine removere. Hisce autem litteris nondum ad Regem perlatis, ab eius interea exercitu pontificiae Nostrae ditionis intactae hactenus et pacifcae urbes ocupatae fuerunt, praesidiariis militibus, ubi resistere conati fuerant, facile disiectis: ac brevi deinde infaustus ille dies proxime elapsi Septembbris vicesimus illuxit, quo hanc Urbem Apostolorum Principis Sedem, catholicae religionis centrum omniumque gentium perfugium multis armatorum millibus ob sessam vidimus, factaque murorum labe et excussorum missilium terrore intra ipsam illato, vi et armis expugnatam deplorare debuimus eius iussu, qui paulo ante filiali in Nos affectu et fideli in religionem animo esse tam insigniter professus fuerat. Quidnam Nobis ac bonis omnibus illo die luctuosius esse potuit? in quo copiis Urbem ingressis, magna factiosorum adventitia multitudine repleta Urbe, vidimus statim publici ordinis ratione in perturbatum et eversam, vidimus in Nostrae humilitatis persona Supremi ipsius Pontificatus dignitatem et sanctitatem impiis vocibus impetitam, vidimus fidelissimas Nostrorum militum cohortes omni contumeliarum genere affectas, atque effrenem late licentiam dominari, ubi paulo ante filiorum affectus communis Parentis moerorem relevare cupientium eminebat. Ab eo deinde die ea sub oculis nostris consequuta sunt quae non sine iusta bonorum omnium indignatione commemorari possunt: nefarii libri mendaciis, turpitudine, impietate referti ad facilem emptionem proponi coepti et passim disseminari; multiplices ephemeredes in dies vulgari ad corruptelam mentium et honesti moris, ad contemptum et calumniam religionis, ad inflammandam contra Nos et hanc Apostolicam Sedem publicam opinionem spectantes; foedae indignaeque imagines publicari, aliaque huius generis opera, quibus res personaeque sacrae ludibrio habentur et irrisioni publicae exponuntur; decreti honores et monu-

menta iis qui iudicio et legibus poenas gravissimorum criminum dederunt; Ecclesiae ministri in quos omnis conflatur invidia, plures iniuriis lacessti, ac aliqui etiam proditoris percussionibus sauciati; nonnullae religiosae domus iniustis conqui-sitionibus subiectae; violatae Nostrae Quirinales domus, atque ex iis ubi Sedem habebat unus e S. R. E. Cardinalibus violento iussu raptim abire coactus aliqui Ecclesiastici viri e familiarum Nostrorum numero ab illarum usu exclusi et molestiis affecti; leges et decreta edita quae libertatem, immunitatem, proprietates et iura Ecclesiae Dei manifeste laedunt ac pessundant; quae mala gravissima latius etiam, nisi Deus propitius avertat, progressura esse dolemus, dum Nos interim ab ullo aliquo remedio afferendo conditionis Nostrae ratione praepediti vehementius in dies admonemur de ea captivitate, in qua sumus ac de defectu plenae illius libertatis, quam Nobis relictam esse in Apostolici Nostri ministerii exercitio Orbi mendacibus verbis ostenditur, et necesariis, quas appellant, cautionibus fir-mari velle ab intruso Gubernio iactatur.

Noque hic praeterire possumus immane facinus quod vobis profecto innotuit, VV. FF. Perinde enim ac Sedis Apostolicae possessiones et iura tot titulis sacra atque inviolabilia, ac per tot saecula semper explorata et inconcussa habita in controversiam ac disceptationem revocari possent, et quasi censurae gravissimae quibus ipso facto et absque ulla nova declaracione violatores praedictorum iurium et possessionum innodantur, populari rebellione atque audacia vim suam amittere possent, ad sacrilegam quam passi sumus expoliationem honestandam, communi naturae ac gentium iure despecto, quaesitus est ille apparatus ac ludicra plebisciti species alias in provinciis Nobis ademptis usurpata; et qui exultare solent in rebus pessimis hac occasione rebellionem et ecclesiasticarum censurarum contemp-tum, veluti triumphali pompa, per Italicas urbes praeferre non erubuerunt, contra germana sensa lon-ge maximae Italorum partis, quorum religio devo-

tio ac fides erga Nos et Ecclesiam Sanctam multis modis compressa, quominus libere manare possit, impeditur.

Nos interim qui a Deo universae domui Israel regendae et gubernandae praepositi et supremi religionis ac iustitiae vincices et Eclesiae iurium defensores constituti sumus, ne coram Deo et Ecclesia tacuisse ac silentio Nostro tam iniquae rerum perturbationi assensum praestitis redarguamur, renovantes et confirmantes, quae in superius citatis Allocutionibus, Encyclicis ac Brevibus litteris alias solemniter declaravimus ac novissime in protestatione, quam iussu ac nomine Nostro Cardinalis publicis negotiis praepositus ipso vicesimo Septembris die, Oratores, Ministros et Negotiorum gestores exterrarum nationum apud Nos et hanc S. Sedem commorantes dedit, solemniori quo possumus modo iterum coram Vobis, VV. FF., declaramus, Nostram mentem propositum et voluntatem esse omnia huius S. Sedis dominia eiusdemque iura integra intacta inviolata retinere atque ad succesores Nostros transmittere; quamcumque eorum usurpationem, tam modo quam antea factam, iniustum violentam nullam irritamque esse, omniaque perduellum et invasorum acta, sive quae hactenus gesta sunt, sive quae forsitan in posterum gerentur ad praedictam usurpationem quoquo modo confirmandam, a Nobis etiam nunc pro tunc damnari, rescindi, cassari et abrogari. Declaramus praeterea et protestamur coram Deo et universo orbe Catholicº Nos in eiusmodi captivitate versari, ut supremam Nostram pastoralem auctoritatem tuto expedite ac libere minime exercere possimus. Tandem monito illi S. Pauli obtemperantes «Quae participatio iniustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem conventio Christi ad Belial» (5), palam aperteque edicimus ac declaramus, Nos memores officii Nostri et solemnis iurisurandi quo tenemur, nulli unquam conciliationi assentiri vel assensum praestituros, quae ullo modo iura Nostra atque adeo Dei et Sanctae Sedis

destruat vel inminuat: itidemque profitemur Nos paratos quidem divinae gratiae auxilio, gravi Nostra aetate, usque ad fecem pro Chisti Ecclesia calicem bibere quem Ipse prior bibere pro eadem dignatus est, nunquam commissuros ut inquis postulationibus quae Nobis offerentur adhaereamus atque obsecundemus. Ut enim praedecessor Noster Pius VII aiebat: «vim huic summo Sedis Apostolicae imperio »afferre, temporalem ipsius potestatem à spirituali »discerpere, Pastoris et Principis munia dissociare, »divellere, exscindere, nihil aliud est nisi opus Dei »pessum dare ac perdere velle, nihil nisi dare operam »ut Religio maximum detrimentum capiat, nihil nisi si eam efficacissimo spoliare praesidio, ne summus »ipsius Rector, Pastor Deique vicarius in Catholicos »quoquo terrarum sparsos atque inde auxilium et »opem fflagitantes, conferre subsidia possit, quae a »spirituali Ipsiis, per neminem impedienda, petuntur potestate» (6).

Quoniam vero Nostra monita, expostulationes et protestationes in irritum cesserunt, idcirco auctoritate omnipotentis Dei, SS. Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra Vobis, VV. FF., ac per Vos universae Ecclesiae declaramus, eos omnes qualibet dignitate etiam specialissima mentione digna fulgentes, qui quarumcumque provinciarum Nostrae ditionis atque almae huius Urbis invasionem, usurpationem, occupationem vel eorum aliqua perpetrarunt, itemque ipsorum mandantes, fautores adiutores, consiliarios, adhaerentes vel alios quo scumque praedictarum rerum exequutionem quolibet praetextu et quovis modo procurantes vel per seipsos exequentes, maiorem excommunicationem aliasque censuras et poenas ecclesiasticas a sacris Canonibus, Apostolicis constitutionibus et generalium Conciliorum, Tridentini praesertim (Sess. 22 c. 11 de Reform.) decretis inflictas incurrisse iuxta formam et tenorem expressum in superius commemoratis Apostolicis litteris nostris die 26 Mart. a. 1860 datis.

Memores vero Nos eius locum tenere in terris qui

venit quaerere et salvum facere quod perierat, nihil magis optamus quam devios filios ad Nos revertentes paterna charitate complecti; quare levantes manus Nostras in caelum in humilitate cordis Nostri dum Deo, cuius est potius quam Nostra, iustissimam causam remittimus et commendamus, Eum per viscera misericordiae suae obsecramus obtestamurque, ut adsit praesenti auxilio Nobis, adsit Ecclesiae suae, ac misericors et propitius efficiat ut hostes Ecclesiae aeternam perniciem quam sibi moliuntur cogitantes, formidandam eius iustitiam ante diem vindictae placare contendant, et mutatis consiliis Sanctae Matris Ecclesiae gemitus Nostrumque moerorem consolentur.

Quo vero huiusmodi tam insignia beneficia a divina clementia assequamur, Vos enixe ac summopere hortamur, VV. FF., ut una cum Fidelibus cuiusque Vestrum curae concreditis, vestras fervidas preces Nostris votis coniungatis, atque omnes simul ad thronum gratiae et misericordiae adeuntes Inmaculatam Deiparam Virginem Mariam et Beatos Apostolos Petrum et Paulum deprecatores adhibeamus. «Ecclesia Dei ab exortu sui usque ad haec tempora pluries tribulata est et pluries liberata est. Ipsius vox est: *saepe expugnaverunt me a iuventute mea, etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam.* Nec nunc quoque relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Non est abbreviata manus Domini, nec facta impotens ad salvandum. Liberabit et hoc tempore absque dubio sponsam suam qui suo sanguine redemit eam, suo spiritu dotavit, donis caelestibus exornavit, ditavit nihilominus et terrenis» (7).

Interim uberrima caelestium gratiarum munera Vobis, VV. FF., cunctisque Clericis Laicisque Fidelibus cuiusque Vestrum vigilantiae commisis a Deo ex animo adprecantes, praecipuae Nostrae erga vos charitatis pignus Apostolicam Benedictionem Vobis Ipsiis eisdemque Dilectis Filiis ex intimo corde depromptam peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 1. Novembris
Anno MDCCCLXX.

Pontificatus Nostri Anno Vigesimoquinto.
PIVS PP. IX.

- (1) Sap. VI. 8 et 9.
- (2) De Basil. trad. n. 17.
- (3) S. Ambr. ibid.
- (4) Litt. Apost. 10 Iun. 1809.
- (5) 2. Cor. cap. VI. 14. et 15.
- (6) Alloc 16 Martii 1808.
- (7) S. Bern. Ep. 244. ad Couradum Reg.

PARTE NO OFICIAL.

De la *Revista Católica* de Barcelona copiamos el siguiente artículo.

TE DEUM LAUDAMUS.

El pueblo de Barcelona, al igual de otros pueblos constituidos en las hermosas orillas del Mediterráneo, acaba de sufrir los estragos de una epidemia. Las epidemias son una de tantas formas que Dios elige para hacer sentir á sus criaturas, olvidadizas por naturaleza, el poder de su excelsa soberanía. El corazón humano se endurece con facilidad, y llega á acostumbrarse á todo, hasta á los tristes dramas de la muerte, cuando se representan en ordinarias condiciones; preciso es que el Señor de vez en cuando nos presente el drama en grande espectáculo, para que el hombre abra los ojos y medite.

Las epidemias ofrecen estos grandes espectáculos, y Dios los exorna de tal manera en ellas, que las almas mas indiferentes se commueven y tiemblan al presenciarlos.

De ahí que el efecto de las grandes epidemias es incalculable; ellas constituyen una especie de predicación ejercida por la misma voz del Gobernador del universo, y sabido es que la voz del Señor es tan fuerte y poderosa que, en expresión bíblica,

troncha hasta los cedros del Libano.

La calamidad que afortunadamente acaba de desaparecer no ha sido estéril en el órden moral; ella ha rejuvenecido la fe en muchos corazones que la habian dejado caducar; ella ha reconciliado con Dios muchas almas que de Él estaban devorciadas; ella ha devuelto la vida espiritual á muchos que yacian sepultados en el sepulcro de la incredulidad y de la injusticia.

Grande mal, quebranto incalculable es una epidemia; pero Dios, al permitirle, se ha propuesto lo que siempre se propone al permitir un mal, esto es, sacar de él un bien inmenso.

Desde luego las amarguras y conflictos del indigente han dado ocasion de que brillara en todo esplendor la caridad de los poderosos. Abiertas las llagas de los indigentes, el espíritu religioso ha hecho derramar sobre ellas el bálsamo de los venturosos, y en la época de acritud efervescente de unas clases con otras no puede ser en manera alguna estéril el elocuente espectáculo de fraternidad que hemos presenciado.

Hay una clase respetable, blanco hoy de las calumnias de las inconscientes masas y de ciertos intencionados caudillos; pues bien, aquella clase desdeñada por unos y vilipendiada por otros se ha presentado al pueblo con una solicitud verdaderamente paternal: el sacerdocio ha reconquistado muchas simpatías que le fueron injustamente arrebatadas, exhibiendo el inmenso caudal de sentimientos evangélicos que abriga, y desmintiendo las injustificadas acusaciones de egoísmo que contra él formulan determinadas comuniones, que por cierto no son las mas desinteresadas. La vindicacion del sacerdocio es otro bien.

Ni es menor de los provechos que deben atribuirse á la epidemia la elocuente lección que han recibido las muchedumbres descuidadas, la advertencia energica que del cielo han recibido sobre la necesidad de refrenar las pasiones rastreras, que son siempre antihigiénicas.

Y ventaja no menor es el que hayan salido completamente fallidos los cálculos y defraudados los juicios de los que esperaban grandes resultados de la *secularizacion de la caridad*. Los jefes ó patrocinadores de la emancipacion religiosa de la caridad han visto desfallecer su varonil ánimo ante la eminencia del peligro, abandonando el campo de la miseria y dejándolo libre á las maniobras de los *explotadores de la Religion*; de modo que se ha demostrado que sin esta *explotacion religiosa* los auxilios hubieran faltado al pobre, y el pueblo se hubiera encontrado huérfano, si hubiera debido confiar únicamente en la accion del patronato humanitario.

La caridad religiosa, inmóvil, firme en su lugar, á pesar de las injurias que habia recibido, ha edificando á todos cuantos han podido ver oír y comparar.

Y si á todo esto se añade la consideracion de que se ha hecho evidente inutilidad de las fuerzas de los que declaraban *guerra á Dios* para detener el castigo de la Divinidad, y por lo tanto el triunfo de la soberania Divina sobre las ridículas bravatas de los que se burlan del celeste Poder, justo es confesar, que si es deplorable el que muchos hermanos nuestros hayan descendido al sepulcro á causa de la intrépida fiebre, Dios ha sacado de la pasada calamidad grandes bienes para el porvenir.

Es justo, pues, que los que creemos y esperamos, tengamos presentes las anteriores consideraciones para que sea mas fervoroso el himno *Te Deum laudamus* que hemos entonado por la desaparicion de la fiebre amarilla.

El aspecto de Barcelona durante la pasada epidemia ofrece tema á muchas consideraciones notables, pues nos proporciona sintomas bastante significativos para juzgar el temple de la sociedad actual.

El pueblo trabajador, el pueblo pobre ha arrastrado el peligro con noble serenidad, y ya asistiendo á los actos piadosos en que se ha suplicado del cielo el remedio ya procurando los auxilios religioso para los enfermos y moribundos, ha dado testimonio de que abriga fé, mucha fé, y que con una buena y li-

bre dirección podria todavía fácilmente remontarse á las prácticas de otros tiempos, en que la licencia de las costumbres no habia corrompido el pudor público. El espíritu del pueblo es todavía bueno, y el dia en que se fumigue, para usar una expresion de actualidad, el dia en que se perfume la atmósfera que respira con el balsamo de las virtudes evangélicas, el pueblo español dará franca expansion á sus sentimientos característicos, adorará otra vez unánime y decididamente á su Padre que está en los cielos, y besará su mano con la efusión que en él es tradicional.

El miedo de la muerte ha tomado proporciones mas alarmantes en las clases mas venturosa, salvas honrosas excepciones de algunos individuos.

Pero donde este miedo se ha ostentado hasta al ridículo grado de la puerilidad ha sido en las autoridades militar, civil y administrativa.

Barcelona, cuando necesitaba mas del amparo de sus primeras figuras, se ha visto huérfana, y á no ser el laudable celo de la autoridad municipal y de la eclesiástica, los subordinados se hubieran encontrado dueños de sus propios destinos.

Este miedo exagerado de la muerte revela poca fe en el porvenir, ó poca seguridad en la limpieza de la cuenta que debe rendirse al Juez de todo lo criado, puesto que el buque que trae limpia patente se dirige con confianza entera al puerto de su providencial destino.

Todos los cálculos de la ciencia médica sobre la marcha probable de la extinguida epidemia han salido fallidos; á todas luces se ha visto que era cuenta de la Providencia enfermar y curar.

Los destinos de Dios se han cumplido; alabémosle. y enmendémos.

EDUARDO MARIA VILARASA.

PALMA DE MALLORCA.

Imprenta de Villalonga.